



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dissertatio Triplex Theologica, Ad Mentem Præclarissimi  
Ecclesiæ D. S. P. Avgvstini, (Cui consonat Doctor  
Angelicus cum Melliflvo,)**

**Schweitzer, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.LXXXII.**

Responsio. S. Augustinus savet sententiæ affirmativæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39320**

### Dubium Primum.

imperfectum, & mancum, quia non erat illi necessaria pro omni tempore. Neque littorali sensui obstat, quod Evæ corpus fuerit magnum, & parva costa, quia, ut S. Thomas 1. p. quæst. 20. a. 3. testatur, fuit alia materia addita: hinc dicitur: *& adificavit dominus costam in mulierem.* His suppositis.

Respondeo & dico: S. Augustinus favet sententiae affirmativæ. Colligitur ex l. 6. de gen. ad litt. cap. 13. ibi enim quæstioni de ætate primi hominis, subijcit hanc interrogationem: *an potius hoc non est requirendum?* quod nempe in perficiendo, & augendo Adamo compleverit hos temporum numeros, quos naturæ humani generis attributos videmus; additque, *quod deus suam potentiam hujusmodi creature numeros non allegaverit:* quod alijs exemplis confirmat dicens, quis enim nescit, aquam concretam terra, cum ad radices roris venerit, ducit in saginam ligni illius: atque in eo sumere qualitatem, qua in uam procedat paulatim erumpentem, atque in ea grandescente vinum fieri, maturumque dulcescat, quod abduc servescat expressum, & quadam vetustate firmatum ad usum bibendi, tuis, jucundiusque perveniat? num ideo dominus lignum quæsivit, aut terram, aut has temporum moras, cum aquam miro compendio convertit in vinum, & tale vinum, quod ebrius etiam convivâ laudaret? nunc quid adjutorio temporis eguit conditor temporis? Potest hæc Augustini Doctrina confirmari ex illo Gen. crescite & multiplicamini &c. Quibus verbis illos Deus statim post creationem fuit allocutus tanquam aptos ad multiplicandum genus humanum per generatio-

A 2

nem

nem , uti & ex hoc , quod dicatur , utrumque  
fuisse nudum & non erubuisse &c. non enim mirum  
esset , illos non erubuisse , si in ætate infantili fuissent  
producti.

Quæres in qua ætate fuissent nati pueri , si Adam  
non peccasset ? Respondeo Sanct. Augustinum vide-  
ri quidem sensisse , natos fuisse etiam in ætate perfecta ,  
cum l. i. de peccat. merit. cap. 38. dicat : poterat certe  
eis ( pueris ) præstare , quod multis animalibus præ-  
stítit , quorum pulli quamvis sint parvi , tamen mox us  
nascuntur , currunt , & matres sequuntur : sed Mag.  
sent. & S. Thomas ajunt , S. Patrem ibi non fuisse  
assertivè locutum , ac hinc probabilius Iustineri ,  
quod naturalis cursus habet , de quo potest videri S.  
Doctor , i p. quæst. 99. a. i. ubi afferit , quod pueri mox  
nati non habuissent sufficientem virtutem ad moverendum  
membra ad quoslibet actus , sed ad actus puerissimæ con-  
venientes , puta ad sugendum ubera &c.



## DUBIVM SECUNDVM.

*An Paradisus , in quo fuit positus primus  
homo , sit locus corporeus , & adhuc ex-  
istet ?*

**S**uppono Adamum fuisse extra paradisum produ-  
ctum , & introductum à Deo , cum textus scripturæ  
id insinuuerit .

Respon-